

Fünfter Jahresbericht

des

städtischen Gymnasiums zu Inowracław,

wodurch zu der

10

am 7. April 1868 von 8 Uhr Morgens ab,

und

am 8. April von 8 bis 11 Uhr Vormittags

stattfindenden öffentlichen Prüfung der Schüler

ergebenst einladet

Theodor Bernhard Günther,

Direktor des Gymnasiums.

-
- Inhalt:** 1. Zwei Abhandlungen vom ordentlichen Lehrer Joseph Schäfer.
a) observations sur le genre des substantifs français qui se terminent en oire.
b) Hesiodi scuti Herculis descriptio cum Homeri descriptione scuti Achillis comparatur, ut utriusque poetae ars atque ingenium appareant.
2. Schulnachrichten vom Direktor.

1868.

Druck von M. Latte in Inowracław.

[Faint, mirrored text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.]

[Faint, mirrored text below the top header, also likely bleed-through.]

[Faint, mirrored text in the middle of the page.]

[Faint, mirrored text below the middle header.]

[Faint, mirrored text below the middle text.]

[Faint, mirrored text below the lower middle header.]

[Faint, mirrored text below the lower middle header, possibly a title or subtitle.]

[Faint, mirrored text below the lower section header.]

[Faint, mirrored text below the lower section header.]

[Faint, mirrored text below the lower section header.]

[Faint, mirrored text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.]

[Faint, mirrored text at the bottom of the page.]

[Faint, mirrored text at the bottom of the page.]

I. Observations

sur le genre des substantifs français qui se terminent en **oire**.

Il n'y a aucune partie de la grammaire française qui soit aussi mal éclaircie et aussi peu fixée que celle qui regarde le genre des substantifs de la langue française, surtout celui des mots qui se terminent en oire. Après avoir donné quelques règles imparfaites qui ne touchent que très-peu de terminaisons, p. e. celles en age, ége etc. les grammairiens disent ordinairement qu'il faut, en apprenant un mot, apprendre en même temps l'article qui marque son genre. Mais, à vrai dire, ces grammairiens ne prescrivent rien en donnant cette règle. Car, est-il plus facile d'apprendre le genre d'un substantif, s'il est conjoint avec l'article? Point du tout. Je suis d'avis qu'il est nécessaire de donner des règles plus marquées, pour faire connaître le genre d'un mot, quoique celles que l'on pourra donner, soient bien chargées d'exceptions. J'ai donc fait des recherches sur le genre de tous les substantifs français, dont j'ai déposé le résultat dans des règles rimées.¹⁾

Mais tout soigneux que j'étais en posant ces règles, et quelque attention que je fixasse sur ce sujet, pourtant le genre des substantifs en oire n'a pas été bien fixé. C'est pourquoi j'ai recueilli à l'aide du dictionnaire les substantifs avec la terminaison oire, pour tâcher de fixer des règles précises sur le genre de ces mots. Certes, les mots très-peu usités et vieillis, de même ceux qui ne se disent qu'à la populace, ne peuvent être assujettis à des règles fixées, parce que, pour la plupart, ils sont inconnus, et qu'une langue vivante en forme tous les jours de nouveaux.

Aussi Mrs. Toussaint et Langenscheidt qui ont bien mérité autrement de la grammaire française, n'ont-ils pas fixé précisément la règle sur le genre des substantifs en oire, en la formant en ces termes:

Von den (80) Substantiven auf oire sind fast eben so viele männlich als weiblich; daher ist dies die schwierigste Endung. Die oben dargestellte Regel, dass alle Substantive auf oire weiblich sind, hat folgende Ausnahmen:

Männlich sind: 1) alle theologischen und juristischen Ausdrücke, wie l'offertoire (das Messopfer), le pétitoire (die Anspruchsklage) etc.; 2) alle Bezeichnungen von Oertern, worin sich Personen versammeln, wie le réfectoire (der Speisesaal in Klöstern) etc; 3) folgende Substantive: un accessoire ein Zusatz, le déboire, les émonctaires, les génitoires, le grimoire, l'ivoire das Elfenbein,

¹⁾ Gemeinte Genusregeln der franz. Substantive für Gymnasien, Real- und höhere Töchterschulen und zum Privatgebrauche von J. Schaefer.

le mâchieatoire der Kaustoff, le monitoire, le purgatoire das Fegfeuer, le répertoire das Register, le réquisitoire das Gesuch, le territoire das Gebiet, le vésicatoire, le vomitoire die Brecharznei, le mémoire der Aufsatz, die Rechnung, (la mémoire das Gedächtniss)

Pour examiner cette règle, voilà les substantifs les plus remarquables en oire :

A. Masculins:

accessoire Zusatz.	interrogatoire Verhör.
auditoire Hörsaal.	invitatoire Ermunterungsgesang.
bétoires Versenklücher.	ivoire Elfenbein.
boire Trinken.	laboratoire Laboratorium.
ciboire Monstranz.	lacrymatoire Thränenkrug.
compulsoire obrigkeitl. Befehl zur Vorlegung der Akten.	mâchieatoire Kaustoff.
conservatoire Conservatorium.	masticatoire Kaumittel.
consistoire Consistorium.	mémoire. m. u. fem.
correctoire klösterl. Bussvorschriftenbuch.	monitoire Ermunterungsschreiben.
déclinatoire Ablehnungserklärung.	observatoire Sternwarte.
déboire widriger Nachgeschmack.	offertoire Messopfer, Opfergesang.
définitoire Versammlung und Versammlungsort der Definitoren.	oratoire Betzimmer.
démissoire bischöfl. Erlaubniss.	ostensoir(e) Monstranz.
dépilatoire Enthaarungsmittel.	péremptoire Ausrufsfrist.
déritoire Kastenbohle in der Oelmühle.	pétitoire Anspruchsklage.
dimissoire Dimissorium des Bischofs.	possessoire Besitz, besitzrecht.
directoire Directorium	pourboire Trinkgeld.
discrétoire klösterl. Beratungszimmer, Rathszimmer.	prétoire Prätorium, Feldherrnzelt.
diversoire Wirthshaus, Herberge.	promontoire Vorgebirge.
émonetoire Abführungsorgan.	provisoire Provisorium.
exécutoire Exekutionsbefehl.	purgatoire Fegfeuer.
exutoire Fontane	purificatoire Kelchtuch.
frustratoire (cond.) Mit Zucker und Muskaten ausgemachter Wein.	réfectoire klösterl. Speisesaal.
fumigatoire Räuchermittel.	répertoire Register, Liste.
génitoires. m. pl.	réquisitoire Antrag, Anklage.
grimoire Zauberbuch.	reseoire Hauptgegenstand eines Prozesses.
infusoire Infusionsthierchen.	ruptoire Aetzmittel.
décussoire Instrument z. Ausdrücken d. Eiters.	sternutatoire Niesemittel.
dilatatoire (chir.) Sperreisen.	territoire Gebiet.
dragoire (tan) Schabmesser, Falzeisen.	vésicatoire Zugpflaster.
	vomitoire Brechmittel.
	exhalatoire (sal.) Abdüftungsmaschine.
	suspensoir(e) Tragbinde.
	martoaire Aufriechthammer für Schlosser.

B. Féminins:**1. Substantifs qui signifient des instruments de ménage ou d'économie.**

armoire Schrank.	gestatoire Sänfte der Alten.
attrapoire Falle.	gréloir(e) (sans e masc.) Kornmaschine.
avaloire Schwanzriemen bei Pferden.	guilloire Gährbottich.
baignoire Badewanne.	laratoire Spieknadel.
bassinatoire Wärmeflasche.	mangeoire Krippe.
battoire Butterfass.	passoire Durchschlag.
bouilloire Wasser- oder Theekessel.	pâtissoire Bactisch.
couloir(e) (sans e masc.) Durchschlag.	racloire Streichholz beim Kornmessen.
décrottoire Schuhbürste.	ratissoire Schab-, Kratzeisen.
écritoire Schreibzeug.	rôtissoire Bratmaschine.
écumoire Schaumlöffel.	radoire Streichholz, Salzmesser.
enrênoire Zügelloch am Harnisch.	tendoires Trockenstangen.

2. Substantifs qui signifient des étoffes et des pièces d'habillement:

bridoire Haubenkinnband.	moire gemohrtes Zeug.
--------------------------	-----------------------

3. Substantifs qui signifient des instruments appartenants à la chasse:

chassoire Stecken des Falkeniers bei der Fal- kenjagd.	détournoire Stecken zum Zurückbiegen der Sträucher.
	tourtoire Stock zum Klopjagen.

4. Substantifs qui signifient des choses appartenantes aux jeux d'enfants:

balançoire	} Schaukel.	glissoire Glitschbahn (auf d. Eise.)
brandilloire		
branloire		

5. Substantifs qui signifient des outils:

apéritoire Vergleichplatte (der Nadler.)	drayoire (corr.) Schabeisen, Ausfleischmesser.
calissoir(e)) (sans e masc.) Glanzofen, Glanz-	foukir(e) (sans e masc.) Walke (für Hutmacher).
catissoir(e)) pfanne.	haussoire (meu) Schutzbrett.
eitoire Meissel zum Stempelgraben.	jabloire Gergelk mm des Böttchers.
coulissoire kleine Scharre.	lissoir(e) (sans e masc.) Glättstein.
doloire Hobel.	traitoir(e) (sans e masc.) Reifzwinge.
drageoire (horl.) Zarge, Falz.	trempoire Weichküpe der Blaufärber.

bajoire Münze mit 2 Gesichtern im Profil.	impératoire Kaiserwurz.
baloire Sente, Schiffsform.	naçhoire Kinnlade, Kiefer.
échappatoire Ausflucht.	noire Viertelnote.
foire Markt.	poire Kirne.
gloire Ruhm.	tractoire (géom.) Zuglinie.
histoire Geschichte.	trajectoire Wurf-, Schusslinie.
nageoire Flossfeder.	victoire Sieg.

Après avoir considéré ces substantifs, voilà ce qui s'ensuit :

- 1) Il y a environ 64 substantifs masculins et 61 féminins en oire.
- 2) Beaucoup de ces substantifs sont en même temps adjectifs, d'autres inclinent à la terminaison oir.
- 3) Bien de ces substantifs ne s'emploient pas aujourd'hui.
- 4) Les règles que Mrs. Toussaint et Langenscheidt ont fixés sur les masculins en oire, ne touchent que 24 substantifs, et à peu près 40 mots ne suivent pas les règles.
- 5) Il est possible de fixer d'autres règles qui renferment à peu près le genre de tous les substantifs en oire.

Voilà ces règles :

Les substantifs en oire sont masculins.

Exceptions :

Féminins sont les substantifs qui signifient :

- a) des instruments de ménage ou d'économie ;
- b) des choses appartenantes aux jeux d'enfants ;
- c) des étoffes et des pièces d'habillement ;
- d) des outils, excepté les mots suivants :

décussoire, dilatatoire, dragoire, exhalatoire, suspensoire, martoire.

e) des instruments appartenants à la chasse ;

f) les substantifs suivants :

bajoire, baloire, échappatoire, foire, gloire, histoire, nageoire, impéatoire, mâchoire, noire, poire, tractoire, trajectoire, victoire.

Quant à ces derniers 14 mots, ils sont connus à cause de leur fréquent emploi p. e. foire, gloire, histoire, poire, victoire, ou ils s'emploient si rarement qu'il suffit de les apprendre, quand ils se présentent dans les écrits français, puisque la conversation les exige très-rarement.

II. Hesiodi scuti Herculis descriptio cum Homeri descriptione scuti Achillis comparatur, ut utriusque poetae ars atque ingenium appareant.

In antiquitate multos existisse heroes, qui fortitudine ac robore praestantes periculosissimas cum hostibus, feris, monstris, immo cum diis immortalibus suscipiebant pugnas, historia fabularis docet. Qui quum perpetuis fere pugnis vitam degerent, nihil antiquius habebant quam ut et arma et tela pararent sibi quam optima. Quamobrem ea primum ad certandum maxime idonea, deinde aptissima, denique pulcherrima esse summopere studebant. Aliis omissis ad eximiam pulchritudinem in comparando scuto Herculis, quod Hesiodus descripsit, cum scuto Achillis, ejus Homerus nobis proposuit imaginem, praecipue respiciendum est. Si quidem antiquitatis populorum tela pulchritudine ac venustate excellebant, multo magis arma, et ex his scuta variis diversisque figuris et imaginibus ornata erant. In scuto Capanei hominem nudum fuisse factum gerentem, cui incisa fuisset: *πρῆσω πόλις*,¹⁾ Tydei vero coeli, lunae, stellarum simulacra, Eteoclis militem per scalas turrem conscendentem dicentemque: *οὐδ' ἄν Ἀργεῖς μ' ἐκβάλοι πύργομαίων*²⁾ Aeschylus memorat³⁾. Et suo jure Schlichtegrollius⁴⁾ profert, vocabula germanica schildern, Schilderung, Schilderei pro beschreiben oder darstellen, Gemälde etc., declarare, antiquissimos Germanos fortasse nullam habuisse imaginem, nisi in scutis. Ex quo intelligitur, non solum Graecos et Romanos, sed etiam Germanos scutis variis figuris exstructis usos esse. Sed omnium praestantissima artificiosissimaque scuta sunt Achillis et Herculis, quorum alterius Homerus, alterius Hesiodus mentionem facit.

Jam vero forsitan interroget aliquis: Quis est, qui carmen, quod inscribitur scutum Herculis, quod vulgo Hesiodo attribuitur, composuit? Utrum carmen, scutum Achillis aut scutum Herculis, prius pactum est? Quae forma scutorum erat, ovata aut rotunda? Qua ratione singularae figurae et quo scuti loco collocatae erant?

Quis carmen, quod inscribitur scutum Herculis, fecerit, hoc loco exponere, quum longum

¹⁾ Aesch. *ἐπὶ ἐπὶ Θήβας* v. 434.

²⁾ Aesch. ib. v. 469.

³⁾ Aesch. ib. v. 400 sqq.

⁴⁾ Ueber den Schild des Hercules nach der Beschreibung des Hesiodus, Göttingen 1788.

est, tum ad explicationem meam non pertinet. Stesichorus, item Apollonius Rhodius, Megacles, Apollodorus, Athenaeus, grammatici Graeci Hesiodum hujus carminis auctorem esse putant, Aristophanes Byzantius,¹⁾ Pausanias, Longinus, Eustathius aliique alii hoc carmen tribuunt. Sed nihil certi de hac re dici potest.²⁾

Quo tempore Homerus, quo Hesiodus vixerit, non satis constat. Xenophanes Eleata, Posidonius, Joannes Antiochenus (Malala) grammaticique Alexandrini Hesiodum Homero natu minorem esse affirmant; Ephorus vero primus et qui eum secuti sunt Philostratus, L. Attius, Marmor Parium eum majorem esse contendunt; Herodotus (II. 53), Euthymenes in Chronicis, Archemachus in tertio Euboicorum (v. Clem. Alex. Strom. I. p. 239. Sylb.) eum Homero aequalem fuisse vindicant. Praetermissis iis quae Marekscheffelius, Thierschius, Goettlingius aliique optime de schola Homerica et Hesiodia disputaverunt, pro certo habetur, Hesiodum post Homerum vixisse, id quod comparatione carminis, cui nomen est „Scuto Herculis“, cum Homeri descriptione scuti Achillis liquet. Nam fere ubique patet, Hesiodum ingenuose quidem scuti Herculis descriptionem composuisse, sed Homerum esse imitatum. Poesis enim genus, quo Hesiodus utitur, non solum a genere epico Homeri abhorret vergitque ad genus didacticum, sed etiam res propioris saeculi, mores depravatos, reges degeneratos atque corruptos (*δωρογάγοι*) nobis Hesiodus descripsit, quae res Homeri alienae sunt aetate. Ex quo intelligi potest, et eos errare, qui Marmor Parium sequentes Hesiodum Homero natu majorem, et eos, qui eum Homeri aequalem esse contendunt. Cui rei Wolfius (prolegg. p. XLII) assentitur hisce verbis: „Theogonia autem et Scutum Herculis et maxima pars eorum, quorum brevia fragmenta supersunt, Homerum toto fere saeculo subsequuntur. Hujus rei argumento est, quod in iis plures notiones novae exstant et imitationes locorum Homericorum, imprimis terrarum et populorum auctior et explicatior notitia“³⁾.

Jam vero nonnulla de scuti et Achillis et Herculis deinde mihi videor forma, de qua alii alia protulerant. Primus omnium, qui de hoc carmine bene meriti sunt, Schlichtegrollius l. c. Herculis scuti formam ovatam fuisse putat; sed hoc non satis diserte ostendit. Deitersius iis assentitur, qui formam scuti rotundam fuisse dicunt. Liceat mihi ejus ipsius verba afferre: „Nam quam omnino rotunda clipeorum forma apud Graecos semper fuerit usitatissima, quam qui relinquere vellet, hoc diserte indicare deberet: tum maxime Homerus, a quo totam hanc armorum enumerationem sumpsit noster, rotundos tantum novit clipeos.“⁴⁾ Quamquam suo jure Deitersius rotundam clipeorum formam omnino usitatissimam fuisse indicat, tamen mea quidem sententia, si Homero rotundos tantum notos fuisse clipeos putat, graviter errat. Nam JI. XVI. 803 et aliis locis legitur *ἀσπίς τερμιόεσσα*, quod epitheton minime convenit formae rotundae. *Τερμιόεις*, cujus radix *τέρμα*, est „terminatus, finitus, id quod terminatur.“ In Hesiodi *ἔργα καὶ ἡμέραι* v. 537 legitur:

*καὶ τότε ἔσασθαι ἔρμα χροός. ὡς σε κελεύω,
χλαῖνάν τε μαλακὴν καὶ τερμιόεντα χιτῶνα,*

quos versus Graevius hisce verbis vertit:

¹⁾ cfr. Aelian. v. h. 36.

²⁾ cfr. etiam Goettlingii prolegg. ad Hesiodi carmina ed. 1843 pag. 58.

³⁾ cfr. etiam J. H. Voss. Epist. myth. et Antisymb. I. p. 289, et Thiersch. de Hesiodo in commentat. acad. Monac. 1813. p. 20.

⁴⁾ Deiters. de Hesiodia scuti Herculis descriptione. Bonnae 1858.

Et tunc indue munimentum corporis, ut te jubeo,
laenam mollem et talarem tunicam.

Τεμιόεις χιτών est igitur idem quod *ποδήρης χιτών*, vestis ad pedes usque defluens. Et Georgius Pasor in lexico ad Hesiodi opera *τεμιόεντα* explicat esse talarem, ad pedes usque demissum. Cui Goettlingius quoque assentitur, qui de *τεμιόεντα χιτών*a dicit: „Et quam postea dixerunt *σισύραν*, a *σύρω*, quod ad pedes usque defluebat ita, ut et hic *Ἰαόνων ἔλκεχιτώνων* memineras. Non diversa videtur *κατωνάκη* fuisse apud rusticos Doros. cfr. Muellieri Dor. II. p. 41. et Welekeri prolegg. ad Theognid. p. 35.“ Etiam Hom. Odys. XIX. 242 inveniuntur verba *τεμιόεντα χιτών*a, in quibus, quam dixi, vis inest. Itaque *τεμιόεις* est longus („zu Ende gehend,“ Crusius lex. „langausreichend“ Vossius) *ἀσπίς τεμιόεσσα* (Jl. XVI. 803) scutum longum, scutum ovatum. Scuti vero epitheta *ἀμφίβροτος* (Jl. II. 389; XI. 32) et *ποδηρεκίς* (Jl. XV. 645) Eustathius *ἀνδρομήκης*, i. e. scutum viri longitudinis interpretatur. Et scriptor, cujus brevia exstant scholia in Homerum, dicit ad Jl. II. 389: *ἀσπίδος ἀμφίβροτης: τῆς πανταχόθεν τὸν βροτὸν, ὃ ἐστὶ τὸν ἄνθρωπον, περιεχομένης καὶ σκενοῦσης: ἀνδρομήκῃσι γὰρ ἐχρῶντο ταῖς ἀσπίσιν οἱ παλαιοί.* — Tyrtaeus II. 23: *μηρούς τε κνήμας τε κάτω καὶ στήνα καὶ ὄμους ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος.* — Jl. XV, 645, ubi legitur *ἀσπίς ποδηρεκίς*, Apollonius Sophista sic interpretatur: *ποδηρεκία βαθεῖα, ὥστε ἀπὸ τοῦ ἀγένοσ μὲχρι τῶν ποδῶν δάκνεισθαι.*

Sic permulti in Iliade loci inveniuntur, quibus clipeorum forma oblonga significatur. Itaque Bothius quoque ad Jl. VI, 117 annotat: „Description *ἀσπίδος ἀμφίβροτης*, h. e. clypei, qui totum corpus a cervice ad talos tegebat.“ Scutum vero, quod tam longum est, ut totum corpus tegat, certe rotundum esse nequit. Accedit, quod antiquorum, quae exstant pleraeque, ut Martis et Minervae statuae scutis ornatae sunt ovatis, id quod Schlichtegrollius l. c. p. 37 probat. Heroum scuta omnino ita constructa erant, ut totum corpus tuerentur. Quae si rotunda fuissent, et propter magnitudinem, et propter gravitatem vel pondus ad corpus defendendum apta non fuissent, quoniam propter latitudinem pugnatorem impedivissent, quominus se defenderet; sin vero ovata, apta ad corpus tegendum erant. Nec vero impedit, quominus *ἀσπίς* (Hom. Jl. III., 147.) *πάντος ἔϊση* (Voss. von wohlgerundeter Wölbung) et (Jl. V, 797) *εὔκλυος* nominetur; nam non minus haec epitheta ad *ἀσπίδα* ovatam, quam *ἀμφίβροτος*, *ἀνδρομήκης*, *ποδηρεκίς*, *τεμιόεις* spectant. Ceterum scutum et Achillis (Jl. XVIII, 478 sqq.) et Herculis non *ἀσπίς*, sed *σάκος* nominatur; *σάκος* autem scutum est diversum ab *ἀσπίς* et majus, ut supra demonstravimus, ovatum si- ve oblongum. Cfr. Crusius lex. ad Hom. s. v. *σάκος*; Pape lex. s. v. *σάκος*.

Etiam Vollbrechtius annotat in prolegg. ad Xenoph. Anab. §. 7. Der Schild ist vorherrschend der grosse Ovalschild, der mit einem Riemen zum Umhängen (*τελαμών*, Wergehäng) und einer Handhabe für die linke Hand des Trägers versehen war. Doch kommt auch der runde Schild vor, der ohne Wergehäng mit Ringen oder Handhaben für Arm und Hand versehen war.

Postquam igitur pro certo habemus, heroum scuta, imprimis Herculis, quod Hesiodus, et Achillis, quod Homerus descripsit, ovata fuisse, altera exstat difficultas, quomodo singulae exstructae fuerint in scuto figurae; nam in rotundo scuto quomodo singulae formae distributae fuissent haud magnum est diserimen, modo medii scuti figura descripta esset. Quae vero medii scuti sit figura, Homerus non designavit. Hesiodus autem, qui Homeri descriptionem imitatus est, incipit hisce verbis:

Ἐν μέσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος, (v. 144.)

Qua re ductus non dubito, quin Homerus (Jl. v. 483—489) quoque terram, coelum, mare, solem, lunam, stellas, primas figuras descriptas, primam imaginem in medio scuto fictam designari velit.

Jam vero quaeritur, qua ratione ceteras figuras in scuto distributas esse poetae cogitaverint, quam rem Homerus ne verbo quidem tangit.

Utraque scutorum descriptione diligentissime considerata, novem imagines compluribus figuris compositae mihi occurrerunt, una in medio scuto posita, octoque eam cingentes in hunc modum:

Homeri scuti Achillis imagines:

- I. Terra, coelum, mare, sol, luna, stellae. vv. 484—489.
- II. Urbs lacta. Nuptiae, convivia, saltationes ad tibiam et citharam, mulieres eas spectantes, concio populi in foro, senatores judicantes, praemium justissimi judicis. vv. 490—508.
- III. Urbs obsessa, insidiae; mulieres, infantes, senes in muris stantes; Mars et Pallas, gregum caedes; impetus oppugnantium, Eris, *Κυδοιμός, Κήρ*. vv. 509—510.
- IV. Ager, aratores, quibus in sulci fine homo properanter accedens poculum vini praebet. vv. 541—549.
- V. Ager, messis, messorum, rex sceptrum laetus tenens, convivium paratur a famulis sub queret. vv. 550—560.
- VI. Vineae vitibus uvisque ornata fossaque circumdata et semita exstructa; puellae et pueri uvae portantes, chorus et fidium cantus. vv. 561—572.
- VII. Taurorum grex in pascuum ad flumen situm festinantium; quattuor pastores cum novem canibus frustra taurum duobus leonibus eripere student. vv. 573—586.
- VIII. Ovium greges candidarum in valle pascentium, stabula, tabernacula, crates. vv. 587—589.

Hesiodi scuti Herculis imagines:

- I. Draco, Eris, *Προϊωξες, Παλιώξες*, Tumultus, Terror, Homicidium, Contentio, Turba, Parca, duodecim serpentes marginem explentes. vv. 144—167.
- II. Pugna caprorum et leonum. vv. 168—177.
- III. Pugna Lapitharum et Centaurorum, Martis equi, Mars et Pallas, Pavor et Metus. vv. 178—200.
- IV. Deorum saltantium chorus, Apollo citharizat, Musae canunt. vv. 201—206.
- V. Portus cum delphinibus et piscibus, in ejus ripa piscator jaculum tenens aedet. vv. 207—215.
- VI. Perseus festinans, ense armatus, in tergo caput Gorgonis, circum tempora Orci regis galeam portans, gravi caligine circumdatus, quem Gorgones persequuntur. vv. 216—236.
- VII. Urbs obsessa, cives cum hostibus pugnantes, mulieres in muris clamantes, senes in portis supplicantes, et *Κήρες* et Parcae propter occisos pugnantes, *Ἀχλὺς*. vv. 236—270.
- VIII. Urbs turrita cum septem portis, homines voluptatibus et choris laeti, nuptiae, puerorum et puellarum chori, cantus, ludi, saltationes ad citharam et tibiam, equites. vv. 270—286.

IX. Juvenes gladio armati et virgines coronis ornatae chorum ducunt; duo saltatores. vv. 590—605.

IX. Messis, aratores, messorum, ludus ad tibiam, vindemia, pugnatore et luctatores, venatio, ex curru dimicantes, praemium victoris. vv. 286—313.

Si scuti cujusdam ovati superficiem, primam imaginem in media collocatam lineaque in formam scuti orae terminatam animo nobis finxerimus, spatium hac linea et ora scuti inclusum inter octo imagines, quae supersunt, aequabiliter distribuendum erit ita, ut omnis imago et scuti oram et quam dixi lineam aequaliter tangat ac diametros parva et primam et quintam, magna et tertiam et septimam harum partium in duas partes aequaliter dividat. Prima imagine in medio scuto collocata, secundam in prima octo partium, tertiam in sequenti, quartam in tertia vel erecto scuto infima, quintam in quarta positam esse cogites. Nam Hesiodum a sinistra ad dextram progressum singulas scuti imagines descripsisse verisimillimum est. Haec recte disputata esse, paucis ostendam.

Hesiodus descriptionem urbis obsessae incipit verbis (v. 236) »ἐπὶ δὲ δευροῖσι καρήνοισι Γοργυῖοις κτλ.« quod Graevio probante verto: »Supra saeva autem capita Gorgonum etc.« Capita vero Gorgonum in antecedenti imagine describuntur. Ergo scio, quam poetae descriptione ductus septimo loco posui imaginem urbis obsessae scuti parte sinistra supra antecedentem diametro parva aequaliter divisam imaginem collocatam esse. Imaginis vero laetae urbis descriptio, quae descriptionem obsessae urbis sequitur, incipit hisce verbis (v. 270): παρὰ δὲ εὐπυργος πόλις ἀνδρῶν (i. e. juxta vero turrita urbs hominum). Itaque imago hujus urbis juxta obsessae urbis imaginem ponenda est. Ex quo intelligitur, supras extam septimam, juxta septimam vero octavam collocandam esse imaginem, quam erecto scuto, magna diametros, ut supra dixi, aequaliter dividit. Post octavam vero imaginem nonam, post nonam, quum prima in medio scuto posita sit, secundam, post secundam tertiam etc. ponas.

Nam novem tantum imagines et in Hesiodi descriptione scuti Herculis et Homeri scuti Achillis inveni. Etiam hac re Hesiodum Homeri descriptionem diligentissime imitatum esse liquet.

Homerus de distribuendis figuris nihil profert; sed eodem modo, quo in scuto Herculis, singulas figuras distribuere non dubito, quoniam Hesiodus, Homeri descriptionis imitator fidissimus, descriptionem suam sic instituit, ut Homerum suam instituisse intellexit. Et quam pulchre hoc modo singulae scutorum figurae dispositae sunt! Erectis scutis in Herculis summo et infimo scuto binas imagines res quietas ac placidas, in utroque vero latere binas exprimentes res bellicas invenimus. Homerus autem in utroque scuti latere unam tantum imaginem res bellicas exhibentem descripsit; ceterae imagines nobis ostendunt res quietas; Hesiodus in medio scuto res terribiles horrendasque, Homerus placidas jucundasque composuit. Hesiodus omnino quinque imagines rebus terribilibus, quattuor vero rebus placidis impletas, Homerus duas tantum, quae res terribiles, septem vero, quae res placidas exhibent, descripsit. Et profecto, Hesiodus cum majore gravitate, quam Homerus, qui quasi aetatem auream nobis proponit, res contemplari videtur, quasi illa quinta viveret aetate, de qua dicit: (ἔργα καὶ ἡμέραι vv. 172 sqq.)

μηκέτ' ἐπειτ' ὄφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον, κέ.

Jam vero ad ipsum comparandum scutum Herculis cum scuto Achillis transiturus sum. Comparatio autem duplex erit, cujus prima parte ostendam, unde Hesiodes descriptionem scuti Herculis duxerit, altera vero rem ipsam ita tractare mihi proposui, ut utriusque poetae ars atque ingenium appareant.

Index versuum et locorum Hesiodi scuti Herculis, qui ex Homeri carminibus hausti sunt.

Scuti	Homeri
vv. 122—136: confer. cum	vv. Jl. 3, 330 sqq.; 11, 17 sqq.; 16, 130 sqq.; 19, 369 sqq.
124: δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσι ἐδυνε.	{ Jl. 3, 332. } { 11, 19. } δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στή- { 16, 133. } θεσσι ἐδυνε. { 19, 371. }
136: κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κινέην εὐτυκτον ἔθηκε.	{ Jl. 3, 333. } κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κινέην εὐ- { 16, 137. } τυκτον ἔθηκεν.
145: ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δε-δορκώς.	Jl. 19, 365: . . . τὼ δέ οἱ ὄσσε λαμπέσθην, ὡς εἴ τε πυρὸς σέλας.
146: τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πληῆτο στόμα λευκὰ θεόντων κέ.	Jl. 19, 365: τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχῆ πέλε,
147—150: similis descriptio invenitur	Jl. 4, 439 sqq.
151—153: cfr.	Jl. 1, 3; Od. 1, 162 sqq.; Od. 12, 45 sqq.
155: ἐν δ' ὄμαδος τε φόβος τ' ἀνδροκτασίη τε δεδήγει.	Od. 11, 612: ὑσμῖναί τε μάχαι τε, ὄνοι τ' ἀνδροκτασίαί τε.
156—159: Ἐν δ' Ἑρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ἐθύ-νεον, ἐν δ' ὀλοῇ Κήρ, ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον, ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἔλκε ποδοῖν.	Jl. 18, 535—538: Ἐν δ' Ἑρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὀμίλεον, ἐν δ' ὀλοῇ Κήρ, ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον, ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἔλκε ποδοῖν.
164: τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχῆ πέλεν,	Jl. 19, 365: τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχῆ πέλε,
168—178: pugna aprorum et leonum hausta ex	Jl. 5, 78; 7, 256; 8, 378; 9, 413; 16, 823; Od. 11, 611 sqq.
191: ποδώκεες ἕστασαν ἵπποι	Jl. 10, 569: ἵπποι ἕστασαν ὠκύποδες.
191—197 sumpti sunt ex	Jl. 15, 119 sqq.
191—200: imagines Martis et Palladis.	Jl. 4, 139: ὦρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη. Etiam aliis locis Mars et Pallas conjuncti sunt, sic Jl. 5, 430; 18, 516; 20, 358.
193: πρυλέεσσι κελεύων.	Jl. 15, 517: ἡγεμόνα πρυλέων.

Scuti

vv. 195—196: . . . παρὰ [Ἄρει] δὲ Δεῖμός τε
Φόβος τε
ἔστασαν,

196: πόλεμον καταδύμεναι ἀνδρῶν

197: Διὸς θυγάτηρ ἀγγελίη Τριτογένεια

197—200: formati sunt secundum

200: φύλοπιν αἰνήν

201: ἐν μέσσω

201—206 sespondent in universum

202: ἰμερόεν κηθάριζε

203: χροσεῖη φόρμιγγι

207: ἐν δὲ λῆμῆν εὖορμος

207—215 similes sunt

227 cfr.

216—236: cfr. Pausan. V, 18, 1: »αἱ δὲ ἀδελ-
φαι Μεδοῦσης ἔχουσιν πετὰ Περσέα
εἰσὶ διώκονσαι· τὸ δὲ ὄνομα τῷ Περ-
σεῖ γέγραπται μόνον.« Cfr. etiam Paus.
I, 23, 8: »καὶ Μύρωνος Περσέα τὸ
ἐς Μέδουσαν ἔργον εἰργασμένον.«

233—236:

236—270: continent

239—240 fere idem exhibent ac

240: πραθέειν

241—248: cfr.

245: γῆρας τε μέμαρπεν.

246—248: cfr.

248—270: cfr.

249 conf.

253: νεούτατον

270—313: cfr.

272—280: nuptiae celebrantur

274: ἦγοντο — πολλὸς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.

275: αἰθομένων δαῖδων

277—280: conferas cum

286: ἀροτῆρες

287—300: cfr.

288: βαθὺ λῆϊον.

Homeri

{ vv. Jl. 4, 139 sqq. ὄρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης,
τοὺς δὲ γλανκῶπις Ἀθήνη,
Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος, καὶ Ἔρις ἄμοτον
μεμανῖα,
Ἄρεος ἀδροφόνοιο κασιγνήτη ἐτάρη τε.

Jl. 3, 241: μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν.

Od. 3, 378: Διὸς θυγάτηρ κηδίστη Τριτογένεια.

Jl. 5, 738 sqq. Palladis armatura.

Jl. 4, 15.; 4, 65 aliisque locis.

Jl. 18, 569: ἐν μέσσοισι.

Jl. 1, 603 sqq.; Jl. 18, 569—572.

Jl. 18, 570: ἰμερόεν κηθάριζε.

Jl. 18, 569: φόρμιγγι λιγείη.

Od. 4, 358; 9, 136: ἐν δὲ λιμῆν εὖορμος.

Jl. 21, 22 sqq.

Jl. V. 845.

Haec fabula Homero jam nota fuit, sed minus
exculta.

Jl. 5, 739; 11, 36; 11, 32—137 conferatur.

Jl. 18, 509—540.

Jl. 9, 529—532.

Jl. 18, 511: διαπραθέειν.

Jl. 18, 514, 515.

Od. 24, 390: ἐπεὶ κατὰ γῆρας ἔμαρπεν.

Jl. 18, 515.

Jl. 18, 535—538.

Jl. 12, 326; 23, 78.

Jl. 18, 536: νεούτατον.

Jl. 18, 491—508.

Jl. 18, 491—496 nuptiae celebrantur.

Jl. 18, 493: ἦγίνεον — πολλὸς δ' ὑμέναιος
ὀρώρει.

Jl. 18, 492: δαῖδων ὑπὸ λαμπομενάων.

Jl. 18, 494—495.

Jl. 18, 542: ἀροτῆρες.

Jl. 18, 541—549; 550—560; 561—572.

Jl. 18, 550: βαθὺ λῆϊον.

Scuti

- vv. 288—289: ἤμιον αἰχμηῆς ὀξεΐησι
 291: ἐν ἠλλεδάνοιοι δέον
 292: οἱ δ' ἐτρύγων οἴνας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
 293: ἐν ταλαροῖς ἐφόρευν
 294: μέλανες βότρυνες
 295: βριθήμενος σταφυλῆσι
 296: ἐν ταλαροῖς ἐφόρευν
 298: ἀργυρέησι κάμιξι
 319: Ἥφαιστος ποίησε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε.
 320: ἀρσάμενος παλάμησι
 322: εἵκελος ἀστεροπῆ.
 338: ὧς εἰποῦσ' ἐς δίφρον ἐβήσατο δια θεάων.

Homeri

- vv. Jl. 18, 551: ἤμιον ὀξεΐας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
 Jl. 18, 553: ἐν ἠλλεδάνοιοι δέοντο.
 } Jl. 18, 566: τρυγόμεν.
 } Jl. 18, 551: δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
 Jl. 18, 568: πλεκτοῖς ἐν ταλαροῖσι φέρον.
 Jl. 18, 562: μέλανες δ' ἀνά βότρυνες ἦσαν.
 Jl. 18, 561: σταφυλῆσι βριθουσαν ἀλωήν.
 Jl. 18, 568: ἐν ταλαροῖσι φέρον.
 Jl. 18, 563: ἀργυρέησι κάμιξι.
 { Jl. 18, 478: ποίει [Ἥφαιστος] δὲ πρότιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε.
 { Jl. 3, 335 } ἀντάρ' ἔπειτα σάκος μέγα τε
 { Jl. 16, 136 } στιβαρόν τε.
 { Jl. 3, 338: εἴλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὃ οἱ παλάμησιν ἀρήρει.
 { Jl. 16, 139: εἴλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τὰ οἱ παλάμησιν ἀρήρει.
 Jl. 14, 386: εἵκελον ἀστεροπῆ.
 Jl. 5, 837: ἡ δ' ἐς δίφρον ἔβαινε — ἐμμανῆα θεά.

Jn universum scuti descriptio conferatur cum Jl. 11, 15—46 et 18, 462—607.

Index versuum Hesiodi descriptionis scuti Herculis, qui in ea ipsa descriptione similes inveniuntur.

- 146 = 164. 146: τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων.
 164: τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν εὐτε μάχοιτο —
 147 = 236. 147: δεινῶν, ἀπλήτων, ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου
 δεινῆ Ἑρις κέ. (Conjunge hos versus cum v. 146.)
 236: ἄγρια δερκομένω κέ.
 150 = 163. 150: ὅτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς νῖει φέροιεν.
 163: οἷτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς νῖει φέροιεν.
 161 = 168. 161: ἐν δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἔσαν, οὔτι φατειῶν,
 168: ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι χλοῦνων ἔσαν ἡδὲ λεόντων.
 168—169 = 176—177. 168—169: ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι ἔσαν ἡδὲ λεόντων
 ἐς σφέας δερκομένων, κοτεόντων θ' ἰεμένων τε.
 176—177: τοὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐγειρώσθην, κοτέοντε μάχεσθαι,
 ἀμφοτέροι, χλοῦναί τε σύες χαροποί τε λέοντες.

- 231 = 233 = 236. 231: ἐπὶ δὲ χλουροῦ ἀδάμαντος.
 233: ἐπὶ δὲ ζώνησι δράκοντι.
 236: ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοισι.
- 241 = 251 = 306. 241: δῆριν ἔχοντες.
 251: δῆριν ἔχον κέ.
 306: δῆριν ἔχον κέ.
- 261 = 411. 261: πᾶσαι δ' ἀμφ' ἐν φωτὶ μάχην δριμεῖαν ἔθεντο.
 411: ἐσσυμένως δέ οἱ ἀμφὶ μάχην δριμεῖαν ἔθεντο.
- 277 = 284. 277: πρόσθ' ἔκιον. κέ.
 284: πρόσθ' ἔκιον. κέ.
- 279 = 348. 279: περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἡχώ.
 348: περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἡχώ.
- 282 = 283 = 299. 282: τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ὀρχηθμῶ καὶ αἰοιδῆ,
 283: τοί γε μὲν αὖ γελόωντες· ὑπ' ἀύλητῆρι δ' ἕκαστος κέ.
 299: τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ἀύλητῆρι ἕκαστος.
- 293 = 296. 293: οἱ δ' αὐτ' ἐς ταλάρους ἐφόρευν κέ.
 296: οἱ δ' αὐτ' ἐς ταλάρους ἐφόρευν.
- 295 = 298. 295: βριθομένων φύλλοισι καὶ ἀργυρέης ἐλίκεσσαν.
 298: σείόμενος φύλλοισι καὶ ἀργυρέησι κάμαξι.
- 297 = 213. 297: χρύσειος ἦν, κλυτὰ ἔργα περίφρονος Ἡφαίστιο.
 313: χρύσειος, κλυτὰ ἔργα περίφρονος Ἡφαίστιο.
- 299 = $\frac{282}{2} + \frac{283}{2}$. 299: τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ἀύλητῆρι ἕκαστος.
 $\frac{282}{2}$: τοί γε μὲν αὖ παίζοντες
 $\frac{283}{2}$: ὑπ' ἀύλητῆρι δ' ἕκαστος.

His indicibus perspectis, si versus ex Homeri operibus haustos consideraverimus, si comparationem illorum versuum, qui aut iidem sunt, aut ex compluribus versibus conscripti apparent, instituerimus, si repetitiones ineptas ¹⁾ spectaverimus eaque quae suo loco posita non sunt contemplati fuerimus ²⁾, perfacile intelligetur hanc scuti Herculis descriptionem et compluribus recensionibus et insertis multis versibus spuris corruptissimam esse. Jam vero res postulat, priusquam ad comparationem cum scuti Achillis descriptione accuratius accedam, ut ejiciendis versibus spuris atque restituendis lectionibus genuinis descriptionem scuti Herculis in pristinum, scilicet quem poeta ei dedit statum, restituam. Sed id vetat tum exiguum ad hunc laborem concessum tempus, tum hoc quaestionis spatium excederet.

Itaque ubi corruptiones majoris momenti suspicor, comparationem non tam acute, quam ceteris locis instituum, ne, quae alii peccaverint, in culpam vertere videar poetae. Quam cor-

¹⁾ vv. 148 et 156; 294 et 300 etc.

²⁾ v. 321. *πάλλεν σάκος*. 149—150.

rupta vero haec scuti Herculis descriptio sit, jam Schlichtegrollius, Heinrichius, Hermannus, Muellerus, Lehrsius, Hartmannus, Deitersius, alii ostenderunt.

Jam vero ad alteram comparationis partem accedam.

Hercules Cycno, Martis filio, et Marti ipsi occurrens, cum illis certare decrevit. Celeriter igitur sibi induit arma, quae poeta ordine describit, praecipue vero copiosissimeque scutum. Tali modo scuti descriptionem sequentes, instantis pugnae fere obliviscimur, id quod in culpam poetae verto. Multo melius Homerus, qui nos in Vulcanis quasi inducit officinam, ut ipsi praesentes videamus, quomodo opifex scutum fabricet. Officinam urentem, colles modo fortius modo lenius flantes, quasi spectamus. Pedetentim scutum nasci sentimus inter manus divini fabri. Hesiodus contra, aut quisquis ille conscriptor carminis est, jam paratum scutum minus artificiose in singulas partes dividit, quas singulatim nobis proponit ¹⁾.

Quod ad scuti planitiei descriptionem adtinet, quam distincte Homerus nobis eam proponit! Dicit (vv. 478—480).

*Ποίει δὲ πρῶτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
πάντοσι δαιδάλλων, περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαινής,
τρίπλακα, μαρμαρέην, ἐκ δ' ὑργύρεον τελαμῶνα.
πέντα δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκος πτύχες.*

Scutum triplici margine circumdedit Vulcanus; in margine vero posuit argenteum telamonem; scuti tabulata sunt quintuplicia; omne tabulatum videri non posse, sed summum tantum, manifestum est; triplex vero margo ita formatus erat, ut, quum alius alio plus promineret sed partim eum tegetet, omne marginis tabulatum esset perspicuum.

Hesiodi scuti marginis descriptionem si contulerimus cum Homeri, perfacile nobis erit in aperto, eam perobscuram esse. Quis enim est, qui acute et distincte hos Hesiodi versus explicet (v. 141 sqq.)

*Πᾶν μὲν γὰρ κύκλῳ τίτανῳ, λευκῷ τ' ἐλέφαντι,
ἤλεκτρον θ' ὑπολαμπές ἔην, χρυσοῦ τε φαινῶ
λαμπόμενον· κνάνου δὲ διὰ πτύχες ἠγήλαντο,*

quum et descriptio et verba ipsa obscuritate obruta sint? ²⁾ Meum non est, hoc loco singula verba explicare, de quibus multi multa scripserunt. Sin autem ad scuti marginem respicio, eum omnino ex quattuor tabulatis constare liquet. Homerus quidem tria tantum affert; sed Hesiodus, qui ubique descriptionem augere et amplificare studet, non solum ad Achillis scuti marginem unum tabulatum adjicit, sed etiam, qua ex materia tabulata sint fabricata, adjungit. Neque vero, ut nonnulli, putes, scuti margini, ut operi vermiculato, τίτανον, ἐλέφαντα, ἤλεκτρον, χρυσοῦν glutinis ope inserta fuisse, quam meam explicationem etiam poeta verbis πᾶν μὲν γὰρ κύκλῳ . . . ἔην probat. Nec vero minus obscura sunt verba κνάνου δὲ διὰ πτύχες ἠγήλαντο. Per

¹⁾ Memineris Schilleri nostri poematis, quod inscribitur: »Der Kampf mit dem Drachen.« Schillerus draconis imaginem, quam ex charta paravit, nobis proponit; quum pugnandi hora instat, protinus eques monstrum aggreditur, ne exspectatio languescat.

²⁾ cfr. Goettling. ad h. l. — Heinrich. scut. Herc. — Welcker. Zeitschr. f. Gesch. d. alt. Kunst I. p. 553. — Mueller. Zeitschr. für Alterth. 1834. No. 110. — Heyn. Comment. Soc. sc. T. I. p. 111. Buttmann. Mythol. II. p. 346 sqq.

quam enim rem ductae erant ceruleae laminae? Per scutum ipsum, an inter singula marginis tabulata? Equidem eas inter singulas marginis partes ductas esse puto.

Quae si contemplatus fueris, Homeri descriptionem scuti marginis multo et claritate et venustate Hesiodi superare persuasum habebis.

Ad singularum scutorum imaginum comparationem si accedimus, duae nobis res considerandae sunt; primum enim comparandae sunt figurae, quas et Homerus et Hesiodus descripsit, deinde, quas uterque proprias exhibet. Imagines vero, quas et Homerus et Hesiodus descripsit, sunt hae:

	Homeri versus:	Hesiodi versus:
I. Urbs laeta	480—508.	270—286.
II. Urbs obsessa	509—540.	236—270.
III. Aratores	541—549.	286—288.
IV. Messis	550—560.	288—291.
V. Vindemia	561—572.	292—301.
VI. Pugna { taurorum et leonum	573—586.
{ aprorum et leonum	168—177.
VII. Juvenum et virginum chorus; saltatores	590—605.	278—286.
VIII. Eris cum figuris adjunctis	535—540.	147—167.
IX. Oceanus	606—607.	314—318.

Homerus exhibet proprias imagines:

- I. Coelum, terram, mare etc. JI. XVIII, vv. 483—489.
- II. Ovium greges, crates etc. ibid. vv. 587—589.

Hesiodus exhibet proprias imagines:

- I. Imaginem medio in scuto positam vv. 144—167.
- II. Pugnam Lapitharum et Centaurorum vv. 178—200.
- III. Deorum saltantium chorum vv. 201—206.
- IV. Portum cum delphinibus, piscibus, piscatore vv. 207—215.
- V. Perseum festinantem vv. 216—236.

Hesiodum saepe Homeri scuti Achillis descriptionis imagines confudisse in describendo scuto Herculis jam intellexeris. Sic singula lineamenta imaginis, quae messem exprimit, sumpsit ex Achillis scuti imaginibus aratorum, messis, vindemiae; quam imaginem in medio Herculis scuto collocavi, composuisse videtur ex Homeri singulis partibus urbis obsessae; imaginem urbis voluptatibus laetae ex Homeri eadem descriptione et imagine juvenum et virginum saltantium composuit. Sed videamus singula.

Similium imaginum prima est descriptio urbis variis voluptatibus laetae.

Uterque poeta nobis proponit imaginem venustissimam; sed Homerus multo distinctius descripsit res, ut imago nobis occurrat perlucidior. Adiecit saltationi mulieres, quae, quod usu venit, chorum adspectant. Cum nuptiis et voluptatibus diversi generis iudices litem dirimentes conjungit. Et id quidem suo jure; nam gaudia voluptatesque non solum indicant pacem, sed praecipue iudices aequis legibus judicantes. Jtaque duo auri talenta deposita sunt praemium iudicis, qui justissimum iudicium ferat. Et quamquam descriptio omnino obscuritate libera non

esse videtur, quia primum iudices in lapidibus asociatis sedere, deinde vero, sceptro a praeconibus accepto, surgere invicemque iudicium ferre dicuntur, id quod imaginis naturae obstare videtur, tamen illud ex poetae imaginandi vi processisse habendum est.

Hesiodus hujus imaginis universam descriptionem non solum ex hac Homeri descriptione hausit, sed etiam cum iis, quae Homerus vv. 590—605 profert, conjunxit. Qua de causa ejus descriptio obscuritate quadam cumulata est, id quod quidem non tam in culpam poetae vertam, quam eorum, qui, quod hoc loco patet, recensionem curarunt. Extra urbis portas juvenes quoque equis vehentes conspiciuntur, id quod ab Homeri descriptione alienum est. Sed non habeo, cur poetam ob hoc additamentum reprehendam, quoniam equorum fatigatio aliena non est a rebus pacis. Neque vero poeta iudices judicantes affert, quod quidem cum descriptionis detrimento omisit.

Si ad versus sequentes (286—313) respicimus, utrum ad eandem, quam poeta modo descripsit imaginem spectent, necne, certatur. Res descriptionis antecedentis uberiores sunt, quam ut, quae sequuntur, nisi imaginem ingentis magnitudinis fuisse arbitramur, cum iis jungamus. Illas enim propriam imaginem implere intelligendum est sumptum ex diversis Homeri descriptionibus, ut jam antea ostendi. Sed mihi quidem minime placet singularum partium compositio. Quam magnam enim imaginem tibi finges, in qua omnes, quae ad agriculturam pertinent res conjunctae cum magnis agris et vineis, praeterea saltationes ac ludi, luctatio (πάλη), pugilatus (πυγμαχίη), venationes, equites de praemio certantes, curruum certamen, tripus, qui praemium sit victoris, collocata sint? Quae imago lectori certe obscura apparet. Homeri descriptio hic quoque, ut fere ubique, simplicitate praestat. Agricolae arant; in sulci finibus homo quidam iis poculum vini praebet; illi deinde se vertunt, ut novum sulcum incipiant. Post aratrum vero ager denigratus apparet. Quam simpliciter haec descripta sunt! Jam quum multi alii, tum Schlichtegrollius explicare studuerunt, quomodo ager denigratus ab artifice auro possit effingi. Mihi dubium non est, quin sulci auro expressi ita positi fuerint, ut ex transverso eos conspicientibus denigrati apparerent, id quod usu venire notum est.

Neque minus perspicue distincteque Homerus messem nobis proponit. Postquam maxima cum simplicitate omnia, quae ad messem pertinent, descripsit, aptissime adjecit:

..... βασιλὲς δ' ἐν τοῖσι σιωπῇ
 σκῆπτρον ἔχων ἐστίκει ἐπ' ὄγμον γηθόσυνος κῆρ.

Rex, quod messis tam uber sit, gaudet; tacitus inter messorum moratur; gaudium est tam magnum, animus tam gratus, ut verbis exprimere non possit, quae animo sentit. ¹⁾ Famuli vero sub sancta quercu sacro facto coenam parant.

Jam vero poeta ad vineam describentem transit. Ubique ars et ingenium patent. Vineam est aurea, adminicula vinaria argentea, uvae sunt fuscae, fossa vineam circumdans est caerulea, sceptrum est stanneum. Talibus epithetis cum singulis nominibus conjunctis, pulcherrima oritur imago, variis coloribus ornata. Pueri et virgines tudentes, jocantes et saltantes, quos citharista praecedat, uvas portant. Obscuritas, quae in verbis

¹⁾ Βασιλὲς dominus agri est; sui sunt agri, suae sunt fruges, quae, ex agricultura paratae, illo tempore regum divitiae erant.

τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
 ἡμερόεν κινθάριζε· λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
 λεπτάλῃ φωνῇ· τοὶ δὲ
 ποσὶ σκαίροντες ἔποντο.

sita esse videtur, evanescet, si ἐν μέσσοισι ad primam puerorum et virginum seriem spectare cogitamus. Omnes enim citharistam circumdare studebant ita, ut non solum eum sequerentur, sed etiam in utraque citharistae parte essent. — Hesiodus non solum ex his tribus imaginibus unam tantum composuit, sed etiam luctationes, pugilatus, venationes, equites certantes, curruum certamen adjecit. Praeterea singulas res tam negligenter, sine ulla conjunctione descripsit, ut imago nimis cumulata perobscuraque appareat.

Sed ad imaginem pergamus, qua pugna ad urbem obsessam describitur. Homerus quidem res multo copiosius enarravit, sed Hesiodus eas melius descripsit. Nam haud facile tibi imaginem fingas, in qua omnes quas Homerus descripsit res compositae sint. Ille enim quae res non uni temporis puncto conveniunt, contulit. Duo exercitus oppugnant urbem; oppugnantes, nisi sibi thesauri dentur, se urbem vastaturos esse minantur. Quomodo artifex talem conditionem exprimere potest? Equidem nescio. Sed libentissime concedam, poetam animo solo eam finxisse, ut vv. 498—503, 566 etc.; sed sequens quoque descriptio ab artifice exprimi non potest. Homerus enim narrat, obsessos insidias hostibus parasse; deinde hostes progressos esse in locum ad expugnandum aptiorem, ubi greges expectavissent. Tum greges ducibus duobus pastoribus adventasse. Quos hostes quum vidissent cum gregibus interfecisse; tum obsessos eos aggressos esse. Denique Eridem, *Κυδομόν*, *Κῆρα* proelio interfuisse. — Quis est, qui talia imagine exprimat? Nemo, ni fallor. Itaque hunc locum testem locupletissimum esse, quam verum sit illud Horatii (ars. poet. v. 350): »Quandoque bonus dormitat Homerus«, constat.

Hesiodus has res perlucidius descripsit; sed tamen ejus descriptio non iis, quae imaginis naturae obstant, vacat. Sic haud facile exprimere possis, quae (vv. 252—257) ad *Κῆρας* spectant. Quae de *Παρκίς* dicuntur, propria est significatio, neque vero ad *Κῆρας* pertinent, ut *Παρκας* et *Κῆρας* easdem esse intelligas. *Κῆρες* enim sanguinis bibendi cupidae, necem vel mortem violentam afferunt; *Παρκαί* vero quum de ceteris hominum sortibus, tum de morte discernunt. Itaque *Κῆρας* et *Παρκαί* quodvis mortis genus, *Ἀχλύα* vero et prosternentium et prostratorum et occisorum vultus distortos significare apparet. Descriptionis *Ἀχλύος* omnino, quum res factidiosae describantur, nos taedet. Melius et convenientius Ovidius metam. II, 768 sqq.:

(Minerva) videt intus edentem

Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,

Invidiam; visaque oculos avertit

v. 775. Pallor in ore (Invidiae) sedet, macies in corpore toto;

Nusquam recta acies; livent rubigine dentes;

Pectora felle virent; lingua est suffusa veneno;

Risus abest, nisi quem visi movere dolores.

Hujus universae imaginis descriptio duplex est; prima enim pars exhibet illas res, quae ex Homeri descriptione sumptae sunt, altera, quae ex poetae ipsius ingenio fluxerunt. Nam

Parcarum et Ἀγλῖος Homerus mentionem non facit. Sed vereor, ne multis proelii numinibus allatis proelium ipsum nimis recedat. Ceterum Hesiodi descriptionem Homeri praeferam.

Sequitur, ut de pugna taurorum et leonum, quam Homerus, et de pugna aprorum et leonum, quam Hesiodus descripsit, pauca dicam. Unde Hesiodus hanc descriptionem duxerit, jam supra ostendi. Ad Homerum, quem etiam hac in re Hesiodus praecipue imitatus est, primum respiciendum. Poeta in medias res nos inducit. Taurorum gregem, ubi primum in loca pascua contendit, duo sunt aggressi leones; jam taurum lacerant; quattuor pastores novem canes concitantes, canes latrantes, sed non aggredientes leones taurum conservari non posse probant. Omnia breviter, sed ita descripta sunt, ut imago existat pulcherrima. Poeta, ut varios taurorum colores designet, tauros ex auro et stanno formatos esse dixit; loca pascua ad flumen spectant; flumen arundine circumdatum est; pastores aurei conspiciuntur; ut breviter dicam, omni significationi aptum est adjectum epitheton.

Multo negligentius Hesiodus pugnam aprorum et leonum descripsit. Nusquam enim metallorum, ex quibus imago sit constructa, mentionem facit. Ceterum, ut Homerus, nos in medias res rapit. Jam leo et duo apri prostrati sunt; tum et apri et leones, militum more, instructa acie (v. 170) denuo pugnaturi sunt. Sed Homerus descriptionem pugnae taurorum et leonum, quia ubique genus metallorum, ex quibus singulae figurae constructae sint, additis epithetis aptis, adjecit, multo distinctiorem praebet.

Qua re confecta ad imaginem, qua Homerus chorum (vv. 590—605) descripsit, transeamus. Chorus simulacrum est chori, quem Daedalus, quum apud Minoem, celeberrimum illum regem Cretensium, esset, Ariadnae, ejus filiae, instituit. Induti sunt linteo tenui juvenes, virgines vestibus textis adpersisque oleis odoratis. Virginibus sunt coronae pulchrae, aurei gladii juvenibus cum telamonibus argenteis extracti. Turba vero hominum saltantes circumdat eosque admiratur. Tali modo Homerus nobis imaginem simplicissimam, sed venustissimam proposuit. Quod ad Hesiodi saltationis descriptionem adinet, quam cum descriptione urbis variis voluptatibus laetae conjunxit, quae supra (pag. 20) dixi, conferantur.

Si ad Hesiodi versus 147—167 respicimus, non universam ab Homero descriptam imaginem invenimus, cum qua illam imaginem comparemus, nisi Eridis et Κήρος descriptionem attulerimus (vv. 535—540). Sed has res jam antea (vv. 249—270) attigit, quo loco, quae Homerus vv. 534—540 descripsit, imitatus est. Itaque hanc Hesiodi descriptionem solam consideremus. Quam unde poeta duxerit, jam pag. 12 sqq. contuli. In imagine, quam in medio scuto fuisse dicit, draconis simulacrum erat. Ille caput in terga retorsum habuit.¹⁾ Supra ejus frontem minacem erat Eris homines ad pugnam inflammans. Hactenus imaginis descriptio patet; sed poeta pergit:

[Ἐρις], σχετλίη, ἣ ἴα νόον τε καὶ ἐκ φρένας αἰνυτο φωτῶν,
οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς ὑἱὸν φέροισιν.

Poeta his versibus dicit, Erida eos mente atque animo privare, qui cum Hereule pugnaturi essent. Sed nusquam inveni, Erida aliquem a pugna retrahere; semper autem ad pugnandum

¹⁾ cfr. Orid. metam. III, 68:

»Ille (serpens) dolore ferox caput in sua terga retorsit.«

inflammat, quod etiam Deitersius l. c. recte monuit et Homerus quum aliis locis tum Jl. XI, 11 sqq. probat hisce verbis:

ἐνθα σταῶσ' ἤϊσε θεὰ [Ἐρις] μέγα τε, δεινόν τε
 ὄρθι, Ἀχαιοῖσιν δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἐκάστω
 καρδίῃ, ἀλλήλοισιν πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.

